



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 1. Rectene dictum, Quid tibi & nobis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

pitellam Magnetheden obtinam S. Germano factam crucis signo à Dæmone liberatam. Nobis crucis vim facis Martialis ad Burdegali. Epistol. cap. 8. exposuit. Crucem Domini, in quem credidistis, Deum verum & Dei Filium, semper in mente, in ore, in signo tenere. Crux enim Domini, armatura vestra inimica contra Satanam, galea castitatis, lorica protegens peccatus, clypeus tela maligni repellens, gladius iniquitatem & Angelicas insidias peruersæ potestatis sibi propinquare nullo modo sinens. Hoc solo signo celestis victoria data est nobis: & per Crucem Baptisma Dei sanctificatum est.

§. 4. Nec dubitare possumus, nisi omnem antiquitatis historiam negemus. Testatur Gregorius Nyssenus in vita Gregorii Neocæsariensis cum frequenter signo crucis dæmonas expugnasse. Legatur Hieronymus in vita Pauli. Nazianzenus in Oratione contra Iulianum. Basilii de Spiritu sancto, Origen. homil. 6. in cap. 5. Exod. Augustinus ad Catechumenos. Cyrillus Hierosolymitanus Catech. 9. Victor Vicensis de persecutione Wandalica. Athanasius de incarnatione. Paulinus natali S. Felicis. De rerum aliarum benedictionibus & vtu consule Thyrum de dæmoniis parte 3. cap. 45.

VERSUS 29.

Et ecce clamauerunt, dicentes. Quid nobis & tibi IESU Fili Dei? venisti huc ante tempus torquere nos?

QVÆSTIO I.

Recte dictum, Quid tibi & nobis?

§. 1. BEza in cap. 8. Matthæum contendit dicendum, quid tibi nobiscum? aut, quid nobis tecum? Nostrum obscure & barbarè verisimè censet. Clamabant, inquit, & c. Erasm. Vociferabantur, id est, arebōn. Quid nobis tecum? & c. E- talis quid rei nobis tecum, & rectè quidem, nam sub- aud tur πῶς γὰρ, cum sic loquatur Demosthen. & c. & c. Iurans, nihil tibi cum Philippo negotii. Et He- todorus in Terpsich. οἱ ἡμεῖς τοῖς πῶς γὰρ πῶς; Sed præcise etiam sic interdum loquuntur Latini, vt Cic. quid huic cum Fabio? Idem. Cum Vatinii legioni- bus quid erat Antonio? Vulgata ad verbum; Quid nobis & tibi? obscure & barbarè.] Si Grammatica supercilia demamus, non video quid noster obscure barbarèque dixerit. Hebræa locutio est valde vtrata. Quid tibi & mihi, ita & Syrus hic בְּרַא לָךְ מָה לָּךְ ma lan velach, Quid tibi & nobis. vtil- lud lehu, Quid tibi & paci? Græcus eodem modo. τί σοι καὶ εἰς; Cur ergo noster interpretes Hebræam, Syriam, Græcam locutionem retinuerit, non potest dici obscuro, vt sic, & illi pariter obscuritatis da- mnetur. Nec video cur barbarum sit Latinum magis, quam Græcum. Cum in Latinâ linguâ subau- dit possit, quod in Græca. vt quid mihi & tibi ne- gotii est. vide 4. Regum 9. vers. 18. & 2.

Regum 16. v. 10. 2. Paralyp.

35. vers. 21.

QVÆSTIO II.

Vnde scierint Filium Dei?

§. 1. L Vcas 4. vers. 41. aperte fatetur sciuisse fauile Christum. Itaque veritatis extorsio fuit, Norunt, non voluntaria confessio. Tantum & tam diu innotuit, quantum & quam diu voluit. Tantum autem & tam diu Deus voluit, quantum & quam diu oportuit. August. lib. 9. de ciuit. Dei cap. 24.

Dominus transiit, quia nemo hos dæmoniacos adducere audebat, Christus voluit eos sibi occurrere. Otant vehementer, itaque sperant se aliquid impetraturos. Hæc omnia vt mali serui, vt comm. Hieronymi, non sponte obediens faciunt. Improbæ preces erant & dolores, quia cruciari non possunt, dolent. Adiurat apud Lucam, per Dominum; Hoc est, per Dei honorem obstringo, ne me tor- queas.

QVÆSTIO III.

An ante tempus torti dæmones?

§. 1. I Mproba, imò dæmoniaca querela, ex qua ap- patet, quanta fuerit in malis obstinatio. Quedam dæ- runtur ante tempus se torqueri, βαρύνειν, cum illi moni in- miseros homines, & creaturas miserrimè torque- homines. rent; Tam acerbum erat in homines odium, vt hic cruciatus sit grauissimus, non posse torquere alios.

§. 2. Alias omnino rogabant ne torquerentur. Apud Lucam, obsecro te, ne me torqueas. Qua in re tormenta consistere addidit, cum dixit. Præcipiebat enim spiritui immundo, vt exiret ab homine. Deinde de- precabatur multum, ne se expelleret extra Regio- nem. Dæmon præ- sentia Chri- sti torque-

Dæmones presentia Dei tortos docet Athanas. de sti torque- Interpretat. Psal. circa finem. Vrebantur siquidem, si vel tur. solum Dominum præsentem viderent.

§. 3. Errant qui arbitrantur dæmones ante extre- mum iudicii diem pœnarum immunes agere, semper Duplici mo- secum illi sua tormenta ferunt. Itaque cruciatus ille a- do dæmones- lius non est, quam impedimentum exerceat crude- torquetur. litatis. Quamuis duplici modo ex cruciari eos noto supplicio intelligere possimus. Vel quia coguntur di- uina potentia excedere ex hominibus, qua in re mala voluntas contristatur. Vel quia augendis tormentis ad exeundum vrgentur, dum vsque eo cruciatus ad- mouentur, ac intenduntur, donec cedere malint, quam pertinacius ferre. Si enim animæ mox à morte puniuntur, non est sentiendum dæmones, quorum est maior malitia, immunes esse, cum tanto studio in tormenta aliena incumbant. D. Thom. p. 1. q. 64. a. 4. atque eo loco Theologi. Quomodo verò hoc in aere torqueantur ignibus, id solum Deo cognitum est.

§. 4. Partem quidem supplicii in eo constituen- dam puto, quod furialis inuidie cursum sistere cogan- tur, flere, quia nil miserabile vident; falsum tamen esse, quod ait Wolfgangus Musculus: [Puto ego, in- quit, torturam maiorem his spiritibus obtingere non Inuidia tor- potuisse, quam eam captiuitatem, qua nihil possent queretur sed iuxta suum ingenium & inuidiam, contra salutem non solâ. hominum machinari, ita vt interea regnum Dei cre- scere videant, & prohibere nequeant. Et enim hoc in- genium animi inuidientis. Iam quia Christus ad pro- pagationem regni Dei venerat, non frustra torturam illam metuunt. Hinc est quod Christus dicit Luc. 10. Videbam Satanam sicut fulgur de cælo cadentem. Et Ioan. 16. Quia Princeps huius mundi iā indicatus est.]

Non est hoc sumum tormentum. Pœna enim damni,

Matth. 8. 29.
in
Euangelio
Cvi
18